

Johann Quistorp

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius D. & Theol. Facult.
Senior Ad ... Dn. Bernardi Ludolphi Moltzans Senatoris Provincialis Ducatus
Megapolitani, gravissimi funus, Quod Agnati hodie ... curatum cupiunt, Omnes
Academiae cives amice invitat**

Rostochii: Kilius, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770663583>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in
B. L. M o l t z a n.

Rostock, 1640.

20.



RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES QVISTOR-
PIUS D. & Theol. Facult.

Senior

AD
NOBILISSIMI ET STRENUI
DN. BERNHARDI
LUDOLPHI *Woltzans*

Senatoris Provincialis Ducatus Megapo-
litani, gravissimi funus,

QUOD

Agnati hodie hora tertia in templo
Mariano curatum cupiunt,

Omnes Academiae cives
amicè invitat.



ROSTOCHII,

Excudebat NICOLAUS KILIUS, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XL.

RECTOR
UNIVERSITÄTIS ROSTOCKENSIS
JOHANNES QVISTOR
MIS D. & Theol. Facult.

Senior
AD
KONIGLICHEN ET SARAVNI
DR. BERNHARDI
LUDOLPHI

Generale Facultatis
LUDOLPHI
ORDO
Nomen et Cognomen
Ordinis Academicus

1711
ROSTOCK
LUDOLPHI
ORDO
LUDOLPHI
ORDO
LUDOLPHI
ORDO



Ominem præter omnes creaturas rationis compotes, singulis etiam horis ac momentis, mutationi maxime obnoxium esse, & sapientes demonstrant, & ipsa experientia quotidiana satis superq; testatur. Etenim cum ex anima & corpore simus compositi, corpus quidem nostrum semper fluit, & accessu recessuq; quasi *παισθησις* quadam incrementa decrementa capit pro temporis & ætatis ratione. Aut enim ex parva & exili statura provehitur ad majorem, aut ab stata & perfecta conditione contrahitur ad minorem. Nec certè idem est, Reddere qui voces jam scit puer ac pede certo Signat humum, alteri, qui ex utero materno dias in luminis oras nuper admodum prodiit. Alius item est in herbis ephebus, & qui ex ephebis excessit: Is verò progressu temporis vir fiet, neq; iisdem delectabitur, & vires cum annis augebit. Ad summum ætatis vigorem ubi ventum est, paulatim incipiet minui, viribus deficere, habitu ac statu

D 2

con-

contractiore ad senectutem inclinare, adeoq;
ad incitas ultimæ rerum lineæ redigi. Sed ani-
mus noster quam exiguis momentis huc illuc
impellatur, prout res sese dant, maximè mi-
rum est. Longè enim alii sumus lætitia perfusi,
gaudio delibuti, ubi res ad votum nostrum flu-
unt, & prospere procedunt: quam si fortuna
reflaverit & vultus dejectus, frons caperata,
oculi lacrymis oppleti interiorem à priori statu
mutationem & imis sensibus repositam indi-
cant mæstitiam. Quantopere nos mutet ira-
cundia, quam ardeant oculi, tremant manus,
vox ne hominem quidem sonet, ostendere no-
bis posset speculum, si nos irati in eo contem-
plari vellemus: imò vix hominis naturam fe-
rino ritu mutati retinemus. Concupiscentiæ
mutatio quam varia est, quam magna. Pec-
uniæ qui cupidus inhiat, formicam Indicam re-
fert; vir dolosus vulpeculæ similis evadit, qua-
lis erat Herodes. Canem imitatur impudens,
qualis Nabal ille Carmelius. Sed & virtutum
habitus maximè varii faciunt, ut alii atq; alii
pro re nata, videamur, fortes, liberales, justi, vir-
tutis quidem una forma omnes ornati, sed in
vita communi tamen, prout res ratioq; postu-
laverit, variantes. Tantam ergo mutationis
Varie-

varietatem omnes eujuscunq; fortis & ordinis
cū experiamur, mirum non est, si ab ipso
vitæ exordio suæ quoq; mutationis initium ex-
periri ceperit Nobilissimus ac strenuus Vir Dn.
BERNHARD LUDOLPH Molkan/
consiliarius Ducalis provinciæ Megapolitanæ,
zum Ulrichshausen hæreditarius, qui die 5. Fe-
bruarij Anno 1591 nato ex parentibus primariæ
Nobilitatis in hanc lucem prodiit. Pater enim
ei fuit nobilissimus ac strenuus Vir, Dn. DIED-
RICH Molkan/ Ducalis hujus provinciæ Mar-
schallus hæreditarius, simul primarius consilia-
rius hujus nostræ provinciæ & Pomeraniæ Du-
calis auff Ulrichshausen/ Glaber vnd Hagen
Dominus hæreditarius. Mater nobilissima
pietate & omni virtutum genere ditissima ma-
trona Ilse von dem Berge de domo Gumbtz
ex provincia Lunæburgensi oriunda. Avus
paternus fuit Nobilissimus & strenuus Vir Dn.
VLRIKH Molkan/ quondam hæreditarius
zum Grubenhagen & Ulrichshausen. Avia
Paterna fuit Nobilissima pietate & virtute or-
natissima foemina MARGARETA Kerdorp
Nobilissimi ac strenui Viri MORITZ Ker-
dorffen hæreditarii in Grankow filia legitima.
Avus maternus fuit Vir Nobilissimus ac stre-

nuus VICKÉ von dem Berge Regiæ Majest.
Svedicæ quondam Equitum præfectus, hære-
ditarius auff Gumbz / Garz vnd Lindhorst.
Avia materna fuit Nobilissima pietate & vir-
tutibus prædita CATHRINA von der Schu-
lenburg / Viri Nobilissimi & strenui LEVIN
von der Schulenburg / in veteri Marchia Capi-
tanei, hæreditarii in Behendorpff & Dambke
filia legitima, Proavia paterna fuit orta ex
nobilissima familia von Albenschlaffe de domo
Arleben. Proavia ex linea aviæ paternæ, altera
quidem fuit ex familia der von Leuzow de do-
mo Lunow. Altera vero ex alterius aviæ li-
nea paterna, ex familia der von Bulowen de
domo Behninge. Proavia ex linea aviæ ma-
ternæ ex familia der Quisowen / de domo
Kletsche & Widelage. Ab aviæ paternæ fuerunt
ex familiis der von Bulowen / von Bassewizen /
von Potlisten / von Behlowen. Ab aviæ maternæ
fuerunt die von der Schulenburg / die Rho-
ren / die von Anefeldt / die von Arnimb. Et si
vero possent altiori ab origine recenseri ma-
jores tamen, quia id necessitas non postulat,
tanquam supervacaneum omittimus, cum
notissimum sit, quod MOLTZANI & Vom-
BERGII ex perantiquis & nobilitate primaria
pol.

pollentissimis profapiis orti sint, qui ordine
ab aliquot annorum centuriis citari possent,
& ad posteritatem plurimis egregie gestis
commendari. Igitur ut hic noster beate mor-
tuus terrenum genus ex parentibus, quales
recensuimus, duxit: ita voluerunt, & summa
cura effecerunt parentes, ut recens natus ipso-
rum filius per lavacrum regenerationis in
sacro sancto Baptismo Ecclesie insereretur &
servatori ac duci nostro Dn. JESU CHRISTO
nomen daret. Neq; id satis habuerunt fecisse,
sed animum quoq; tenellum vero timore Dei,
pietate, & aliis virtutibus, nobili puero præ-
sertim convenientibus informandum puta-
runt: Quo sine præceptores ac doctores ido-
neos prospexerunt, qui & præceptis & exem-
plis puerum instruxerunt, & in literis ac lin-
guis, Latina præsertim, non exiguos progres-
sus ut faceret, fide ac diligentia sua effecerunt.
Cum vero naturæ quodam ductu & generosa
indole ad res agendas alliceretur, pater quoq;
diem suum præmature obiisset, factum est, ut
autoritate & consilio avunculi, p. m. Nobilis-
simi & strenui Viri Dn. **Frise von dem Bergen**
Lunæburgensis & Brunswicensis provinciæ
consiliarij Ducalis Capitanei in **Bleefede** hære-
ditarij

ditarij in Gartz & Lindhorst/ Anno 1607. mitteretur ad nobilem quendam primarium in Equiscopa Magdeburgensi Dn. HENRICH von Bulow/ apud quem aliquot annis educatus, in aulam Illustrissimi, Reverendissimi ac Celsissimi Principis ac Domini Dn. HANS ALBRECHT Ducis Megapolitani venit, ac nobilium puerorum numero adjunctus principem sponsum ad nuptias in SVEDIÆ regnum est comitatus. Cum vero desiderium rei gerendæ non solum hoc itinere non esset restinctum, sed auctum quoque, in Daniam se contulit, ad quendam primarium, nobilem, cui nomen Tage Todd. Quia vero turbæ militares Anno 1611. inter Svedicæ ac Danicæ regna, exortæ erant, suum quoq; nomen isti militiæ profiteri, & sub Viro Nobilissimo Dn. JOCHIM von Bulow Regiæ Majest. in Dania & Norvegia magistro Equitum, arcis præfecto in Cronenburg & Friedrichsburg & aliquot equis merere voluit, nec infeliciter in eo versatus est, usq; ad pacem ab utraq; parte auspiciò sancitam. Postea quoq; cum inter Principem ac Dominum Dn. ULRICUM FRIDERICUM Ducem Brunsvicensem ac Lunæburgensem & civitatem Brunsvicensem
ortum

ortum esset, armis dirimendum dissidium, pri-
mum à Nobilissimo & fortissimo Viro **Gurte**
Plate Sehlen/qui eo tempore Ducis Brunsvic.
& Lunæburgensis, linea Cellensi, magisterio
Equitum fungebatur, delectus est: Postea ab
altero pariter Nobilissimo & fortissimo Viro
Hans von Peterstorff Ducis Brunsvic; & Lu-
næburgensis, linea Cellensi, magisterio Equi-
tum pro legato seu ut nunc vocant, Locum
tenente, constitutus est: Tandem dimisso hoc
Equitatu in aulam Ducalem, quæ Cellis est,
ad Principem **AUGUSTUM** se contulit,
eiq; aliquot annis liberali ministerio sese
commendavit: ita ut non ipsi solum Principi
gratus & acceptus evaserit, sed à quibusvis
aliis in honore & precio fuerit habitus: quod
aliquanto post evidentius innotuit. Cum
enim hujus nostri Beati avunculus **FRITZ**
von dem Berge Anno 1624 fato suo feliciter
defunctus ex hac vita discessisset, à Principe
AUGUSTO Capitaneus **auff Blesede** præ
aliis electus & constitutus est, eiq; officio lau-
dabiliter præfuit. Eodem anno divinæ pro-
videntiæ nutu & propinquorum consensu
matrimonium legitimum contraxit cum No-
bilissima, pietate & omni virtutum ornatu
d locu-


locupletissima virgine ANNA von Staaff-
horst / Nobilissimi, strenuiq; Viri N. Staaff-
horst filia legitima, eamq; legitimis nuptiis,
Dominica Reminiscere in castro Bleede/ præ-
senti primariorum procerum & amicorum coe-
tu, domum duxit, & cum ea piè, placidè, sum-
mo amoris mutui & concordiaè usu ad annos
quindecim vixit, ac diutius cum ea vixisset,
nisi ex Dei occulta, sed paterna voluntate hanc
vitam finiisset, & immortalitatem consequuta
esset, exuviis corporeis Christiana sepultura
conditis & exequiis magna frequentia hono-
ratissimarum personarum peractis. Quanta
ingenii acie & iudicii dexteritate per experien-
tiam & usum acquisita, præditus fuerit, vel ex
eo pater, quod Illustrissimus, Reverendissimus
& Celsissimus B. M. Princeps ac Dominus,
Dn. Hans Albrecht Dux Megapolitanus, ejus
opera sæpe usus fuerit in legationibus expe-
diendis & commissionibus bellicis, quæ pru-
dentiam longo usu collectam requirebant,
Neq; ex eo solum, sed etiam, quod idem Prin-
ceps ad præsentationē Consiliariorum & Mar-
schallorum provincialium Consilarii provin-
cialis dignitate ornatum in illud consilium re-
ceperit atq; confirmarit. Requiritur in eo
officio //


// officio prudentia, fides, autoritas, si in quo-
// quam alio: Has ille virtutes ad hoc munus ita
in eo desideraret, & res ipsa testimonium ei
perhiberet; Omnia enim consilia sua ad su-
premam legem, quæ salutem patriæ respicit,
dirigebat. Hinc factum est, ut non solum
sibi Principem ipsum sua cura ac sollicitudine
obstringeret, verum etiam suos Collegas ad //
amorem & honorem sui moveret, adeoq; //
apud totum Ordinem hujus provinciæ nobi- //
lissimum ob merita in laude, precio ac venera- //
tione esset. Quod si divinæ providentiæ series //
viro laudatissimo diuturniorem hujus lucis
usuram & commisi muneris functionem per-
misisset, omnes quidem boni uno ore & animo
idem optaturi fuissent. Videmus verò, quot
in se mutationes Vir Nobilissimus tot annis,
quot vixit, (vixit autem quadraginta octo)
deprehenderit: Et plures etiam deprehensu-
rus fuisset, nisi ex medio vitæ curriculo in cœ-
lestis vitæ societatem non mutabilem euectus
fuisset: Idq; factum est Anno quidem ætatis
quadagesimo octavo, die octavo Julij, supe-
rioris anni, inter quartam & quintam matuti-
nam, Cellis Lunæburgicis, ubi placida & beata
MORTE

morte. quasi somno confopitus obdormivit. Talis mutatio, ut cæteris omnibus finem adfert, ita omnes pii in hujus vitæ stadio currentes ad hanc metam contendere & ut feliciter eam attingant, omnibus viribus, quod hic noster Beatus jam fecit eniti merito debent. Deus opt. Max. concedat ei in summo illo & glorioso sui adventus die beatam resurrectionem ad vitam æternam, agnatos verò, qui superstites etiam sunt, & ejus obitum lugent, consoletur, locum quoq; decessu ejus vacuum tali successore ornet, qui nominis Divini gloriam, Ecclesiæ salutem, provinciæ bonum sollicitè quærat, feliciter ac studiosè promoveat. Nostrarum erit partium, cives Academici viro tam eximio supremum honorem deferre, præsentia nostra & frequentia exsequias ornare, & exuvias voluntate & jussu ejus huc ad nos usq; delatas, & in hujus urbis templo sepeliendas comitari, simul ut memores simus mortalitatis nostræ, quæ unicuiq; suo ordine ac tempore finem adferet mutationis, post quam nulla amplius erit expectanda mutatio, P. P.

Rostochij, sub Sigillo Rectoratus Anno
1640. die 27. Februarii.







pollentissimis profapiis orti sint,
ab aliquot annorum centuriis c
& ad posteritatem plurimis eg
commendari. Igitur ut hic nosse
tuus terrenum genus ex parenti
recensuimus, duxit: ita volueru
cura effecerunt parentes, ut recen
rum filius per lavacrum regene
sacro sancto Baptismo Ecclesie i
servatori ac duci nostro Dn. JESU
nomen daret. Neq; id satis habu
sed animum quoq; tenellum vero
pietate, & aliis virtutibus, nobil
ferim convenientibus informa
runt: Quo sine præceptores ac d
neos prospexerunt, qui & præcep
plis pnerum instruxerunt, & in l
guis, Latina præsertim, non exig
sus ut faceret, fide ac diligentia su
Cum vero naturæ quodam ductu
indole ad res agendas alliceretur,
diem suum præmaturè obiisset, fa
autoritate & consilio avunculi, p
simi & strenui Viri Dn. Frise von
Lunæburgensis & Brunswicensis
consiliarij Ducalis Capitanei in Bl

